Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



c lxij

182

Scio cui credidi et certus sū quia potens est depositum meū seruare in illū diē. 2 Tim. primo.

Deus qui uniuersū mundū Coll' beati pauli apli tui p̄dicatione exaltasti. Da nobis qs̄: ut cuius hodie conuersionē celebramus: eius ad te exemplis gradiamur. Per l'. actum ap. In diebus illis. Saulus adhuc spirans minarū. et cēdis in discipulos dñi accessit ad principem sacerdotū: et petiit ab eo epistolas in damascū ad synagogas. ut si quos inuenisset huius uie uiros ac mulieres uinctos perduceret in hierl̄m. Et cū iter ageret contigit ut appropinquaret damasco. et subito circumfulsit eū lux de celo et cadens in terram audiuit uocē dicentē sibi. Saule saule quid me persequeris. Qui dixit. Quis es dñe. Et ille. Ego sum ihesus quē tu persequeris. Durū est tibi contra stimulū recalcitrare. Et ille tremēs et stupens dixit. Dñe: quid me uis facere. Et dñs ad eū. Surge et ingredere ciuitatē et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aūt illi qui comitabantur eū eo stabant stupefacti. audientes quidē uocē neminē aūt uidentes. Surrexit aūt saulus de terra apertisq; oculis nichil uidebat. Adducentes aūt illū trahentes introduxerūt ad damascū. Et erat ibi tribus diebus nō uidens nō manducauit neq; bibit. Erat aūt discipulus quidā damasci nomine ananias. Et dixit ad illū in uisu dñs anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad illū. Surge uade in uicū qui uocatur rectus et quere in domo iude saulū nomine tharsēnsem. Ecce enim orat. et uidit uirū ananiā nomine introeūtē et imponentē sibi manū ut uisū recipiat. Respondit aūt ananias. Dñe audiui a multis de uiro hoc quāta mala sanctis tuis fecerit in hierl̄m: et hic habet potestatē a principibz sacerdotū alligandi omnes qui inuocant nomē tuū. Dixit aūt ad illū dñs vade quoniam vas electionis mihi est iste. ut portet nomē meū coram gentibz et regibz et filiis israhel. Ego enim ostendā illi quanta oporteat illū pro nomine meo pati. Et abiit ananias et introiuit in domū et imponēs ei manū dixit. Saule frē dñs misit me ihesus qui apparuit tibi in uia qua ueniebas ut uideas et impleāris spū sancto. Et cōfestim ceciderunt ab oculis eius tanquā squame et uisū recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cū